NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450 Seite 209r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quia totum opus columpna-
rum erat factum per sisuram
et non per martellorum
percussuram quinque cubitorum
altitudinis computatio opere
lilij quod erat desuper et
quasi in modum rethis etc. quia propter
foramina predicta dicebatur
opus rethiaculatum et cathe-
natum modo predicto Septe-
na versuum retiacula. Ver-
sus hic accipitur pro ordine
sicut Exodij xxviii in pri-
mo versus erat lapis sardi-
nis etc. Ex predictis autem patet
quod ibi erant duo ordines
rethiaculorum unus super
malogranata inferiora et
alius super malogranata
superiora et in quolibet ordine
erant septem porciones perforate
que retiacula dicuntur et hoc est
quod dicitur Septena versuum re-
tiacula i. 7te rethiacula e-
rant in quolibet duorum ordinum dictorum
et id replicat dicens duo or-
dines etc. ut tegerent capitella
que erant super summitatem malogra-
natarum inferior et septem alia
retiacula superiora super malo-
granata superiora ut dictum est
Capitella autem que erant super ca-
pita columpnarum quasi opere lilij quia
in summitate capitis columpne et
similiter in summitate capitelli super
posite erat opus simile lilijo ut
dictum est erant in porticu quia
iste columpne erant situate in
porticu templi ut postea
clarius exprimitur Cubitorum
quatuor hoc refertur ad capita columpnarum

que erant quatuor cubitorum in alti-
tudine ut predictum est ita quod capit
columpne et capitellum simul as-
cendebat per novem cubitos et
rursum alia capitella etc. loquitur de
predictis capitellis que erant super ca-
pita columpnarum iuxta mensuram
columpne quod retiacula malogra-
natarum quatuor ordines erant quia
sicut dictum est prope partem inferiorem.